

VEENKLOOSTER B. M. V.?

Feen-, Ffeencloester, -klooster, Convent te Faen, Feancleaster, Mons Oliveti, Olijfberg — Vitetur confusio cum asceterio OSF Groendijk prope Sneek, quod eodem nomine videtur fuisse appellatum (cf. GERBENZON in „*It Beaken*“ XIII 156).

In parochia Augustinusga, nunc Oldwolde (Kollumerland), non longe a Dokkum, Dioec. Utrecht, dein Leeuwarden.

Parthenon, praepositura. Origo obvoluta est tenebris, forte est in aliquo connexu cum religiosis, quae post transitum coenobii Gerkesklooster ad Ordinem Cisterciensem, Praemonstratensi manserunt fideles, et in curia quadam in parochia Augustinusga se fixerunt post annum 1245²¹⁸). Fundatio Montis Oliveti videtur esse facta inter annos 1235 et 87. Asce-

²¹⁸) Ita autumat *Mon. Bat.* l. c. Forte vero Veenklooster est fundatio omnino independens, ut Gerkesklooster et Buweklooster, vel forte a Doccumensi abbatia est progressa. De JAGER l. c. putat Veenklooster esse Wigarthorpe illud, ex quo processit Gerkesklooster. ANDREAE, *Het Klooster* p. 22 suspicatur Montem Oliveti primitus fuisse monasterium duplex (curia „Monckehuys“!), quod sic tantum intelligi potest, ut ibi probabiliter fuerunt initio aliqui canonici et conversi, ut v. g. in Schildwolde, Heiligerlee et alibi.



terium, quod stetit sub paternitate abbatum Doccumensium, videtur fuisse parvum, in visitatione anni 1290 ibi erant viginti religiosi, et bona eius saec. XVI erant 200 ha. Habuit tamen curiam in Westergeest, vulgo „Monckehuys“, quae diu adhuc postea vocabatur „Convent op de Burch“. Anno 1580 suppressum est. Saeculo XVIII adhuc existebant partes monasterii, nunc omnia disparuerunt, loco eius est praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden Klst. 3 doc. 1498/1602 — Statenarch. ibidem — Sminia-archief no. 2049 (Friesch Genootsch. ibidem) — RA Groningen 1480 (cf. FEITH, Reg. 1. c.) Cf. *Chartbk.* — Existit pictura monasterii, anno 1723, in Museum Fries. Grenootsch. Leeuwarden.

Fontes et Litteratura: HUGO II 329 — WAEFELGHEM 173 — *Beneficialb.* 231, 232, 234, 235 — BÖRSTING SCHRÖER I 421 — MS BRUINSMA fasc. 6 pp. — BRUNA 9 — *Chartbk.* II 19, 210, 291, 467, 866, III 51, 590 — FEITH, *Reg. Gron.* I 202 — GAN I 536, II 28 — MATTHAEUS *Anal.* III 481, 550 — *Mon. Bat.* II 27 — *Reg. v. Aanbr.* I 159, 184, 213/14 — REIMERS FPU p. 60 — MS REITSMA III 34, IV 103, XVII 4 — RICHTHOFEN II 767 — SCHOENGEN, *Acten en Besch.* 202 — *Stamboek* I 283 — v. APELDOORN II 387, 393 — v. EIJCK II 41, 212 — H. v. R. V *Friestl.* 106 — P. v. THABOR 274, 325 — WINSEMIUS 176, 258 — WUMKES IV, 12, 43 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 230 — A. J. ANDREAE, *Het Klooster te Olijfberg en de buitenplaats Fogelsanghstate*, in *Jaarboekje van den Frieschen Adel* 1884, pp. 49/66 — IDEM, *Oudheidkundige Beschrijving van de Gemeente Kollumerland, Kollum* 1885, II 21/27 — J. T. de JAGER, *Het Veenklooster en omgeving*, in: „*Het Noorderland*“ II (1953) pp. 33/43, et 97/105 —.

Praepositi

Engbert	1480	RA Gron. 1480, 2 (cf. Kusemer)
Aernth v. Hochstraten	1488/98	RA Leeuwarden, Klst. Veenkl.
Julius	1526	Oud Recesboek 1524 sq (Bibl. Friesch Genootsch. Leeuw.)
Theodoricus van Hattum postea abbas in Dokkum	—1550	MS REITSMA IV 20
Theodoricus Doetekum (Doetinchem)	1555/84	RA Leeuw. Klst. Veenkl. — <i>Chartbk.</i> 590

VINEA DOMINI B. M. V.

Wyngaard des Heeren, Proostdij op het Zant, Klooster op het Zand (nomen: „op het Bildt“ videtur esse spurium²¹⁹), Stadt-probstey, Witte Heeren op het Zand, Opsant, Sandt Proestie binnen Boelszwaerdt, in Zandis.

in prov. Frisiae, Dioec. Utrecht, Postremo Leeuwarden.

Fundatum est hoc coenobium ut asceterium inter annos 1235 et 1287 in PINGJUM juxta mare prope Harlingen, ubi abbatia Lidlumensis possedit curiam. Hoc monasterium esse fundatum anno 1186 a Jelmaro abbate Lidlumensi, ut contendunt varii auctores, authentice probari nequit. Probabiliter est confusio cum Bajum. In omnibus fere catalogis post annum 1290 redactis legimus: „Vinea Domini, moniales“, licet existentia sororum ibi aliunde non constet. In fluctibus anni 1287, integra communitas interiit, vel ex egestate dispersa est, siquidem visitator triennio post monasterium invenit vacuum. Paulo post tamen restructum est tamquam praepositura virorum, sui juris, sub paternitate abbatum Lidlumensium. In catalogo monasteriorum Frisiae anno 1326 iam occurrit. Canoniam multa est passa a nobili familia Hania in Pingjum, ei infensissima, et brevi ante annum 1347 praepositus domum suam contra obsidionem per exercitum conversorum O. Cist. cum successu defendit. In fine illius saeculi magna ibi erat corruptio. Paulo post annum 1494 translata est praepositura, retentis nominibus „Vinea Domini“, et „in Zandis“, in civitatem BOLSWARD²²⁰).

Videtur ei fuisse ibi traditum vetus hospitale cum ecclesia. Anno 1501, comes Hugo de Leisnig supplicat Capitulum Generale, „ut Creckonem praepositum destituat, et praeposituram suam conferret abbati de Lidlum, et perpetuo uniret eidem monasterio Lidlumensi“²²¹). Anno 1515, ecclesia combusta est, et anno 1519 tempestas valida novum aedificium vix erectum destruxit²²²). Anno 1556, res oeconomicae tantopere erant dilapsae,

²¹⁹) Cf. SCHOENGEN in *De Urije Fries* XX 353

²²⁰) Arch. Roy. Bruxelles, 18 Aff. Ecclés. Nr. 38. Cf. *De Urije Fries* l. c. 352

²²¹) Acta. Cap. Gen. 39 — Comes ille erat dux Saxonum, tunc Frisiam invadentium, et Crecko (probabiliter recte: Gerko) propter machinationes politicas ei erat odiosus. Responsio Cap. Generalis casu conservata est in StA Aurich, Akten Langen nr. 89, qua mandatur visitatio propter hoc in Vinea Domini. Praepositura non est unita abbatiae Lidlumensi, sed Crecko videtur fuisse depositus.

²²²) *Chartbk.* II 86, P. v. THABOR 247

ut abbas Lidlumensis monasterium clausurit, et omnia portatilia transtulerit in Lidlum, relicto in Vinea solo priore. Anno 1561 est suppressa, et episcopatu Leovardiensi, una cum abbacia Mariengaarde, assignata in dotationem²²³). Protestationes abbatis Lidlumensis erant in vanum, tamen incorporatio anno demum 1570 est peracta. Proventus annui tunc censebantur 1400—2000 florenorum. Anno 1612 ecclesia partim corrui, exinde omnia fere aedificia sunt destructa. Anno 1830 ultimum residuum monasterii, sic dictum „Hooghuis“, disparuit.

Archivalia: Vide Lidlum, et Bull. Traj., Chartbk. — Imago monasterii potest discerni in atla BRAUNII, *Civitates Orbis Terrarum* (1580) Bolsward.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 39 — HUGO II 1117/20 — WAEFELGHEM 316 — *Beneficialb.* 275, 302 — BROM, *Bull. Traj.*, 2034/35., 2050, 2080 — BRUINSMA fasc. 14 pp. — BRUNA 13 — *Chartbk.* I 722, II 14, 86, 227, 463, 565, III 51 — GAN I 572 — *Mon. Bat* II 35, 153 — OCKA SCHARL, 210, 381 — REIMERS FPU p. 31/33, 118 — *Rep. Germ.* I 2799 — MS REITSMA IV 109, XIX 158 — RICHTHOFEN II 594 — SCHOENGEN, *Schraapzucht* 352/54, cf. notam — SCHOTANUS 187, 199, 342, 350, 76, 836 — *Tegerw. Staat* XV 198 sq. — v. APELDOORN II 370/84, 394, 435, 447, 449, 453, 470 — v. EIJCK I 137 (vetus bibliographia), II 12, 153/54 — H. v. R. *Oudh. Friesl.* II 5, V 138 — P. v. THABOR 247 — W. v. THABOR IV 114/16, 125 — VLM 36 — WINSEMIUS 205, 211, 279, 286, 638 — WUMKES 55, 21 — AAU 1876 p. 32, 1906: 193, 1926: 219 (cf. *Anal. Praem.* 1926 pp. 333/34) — *De Urije Fries* XXVIII (1928) 413 — *Oudheidkundig Jaarboek* 1922 pp. 117/31.

Praepositi

Wybrand Wobbinga	1344/47	H. v. R. <i>Oudh. l c.</i> , Leenkamer
postea abbas in Lidlum		Holl. Inv. No. 30, E. L. 32 fol. 81 v.
Joannes	1375	WUMKES 55
Joricus Ethana	res. 1432	REIMERS p. 118
Sibrandus Lamberti	1432	ibidem, <i>Rep. Germ.</i> I 2799
Wesselus	1468/70	WUMKES 65, 70
Petrus Valck	—1492	ibidem 69
deinde abbas in Lidlum		

²²³) v. LOMMEL *Ratio* 191

Johannes	1496	R. A. Groningen
Crecko (= Gerko?)	ca. 1500	Act. Cap. Gen. Laon 39
Tiepko	ca. 1505/10	WUMKES 72
Mathias	1524/27	Chartbk. II 463, RA Friesld. Klst. Aalsum
Wiardus van Zutphen	1556	WUMKES 79
Jan v. Zeeland Cortgen prior	1558,	ibidem

WEERD B. M. V.?

Warde, Waerd, Waard, Wert, Weard, Werde, — Silva Stae. Mariae? Templum Domini?

Juxta Morra, Prope Dokkum versus aquilonem, Oostdongeradeel. Prov. Frisiae. Dioc. Utrecht, et Münster (disputabatur), postremo Leeuwarden.

Parthenon, prioratus, de cuius ortu nihil scimus certi. Quia semper unum corpus formavit cum abbatia Doccumensi²²⁴), videntur moniales huius canoniae eo fuisse translatae. De possibili altera translatione ex Vrouwtenberghe in Weerd, vide infra apud illam domum sub dubiis. Asceterium Weerd anno 1401 prima vice authentice occurrit²²⁵), quoad historiam eius anteriorem redigimur ad coniecturas. Weerd non esse idem ac Sconam Moram, iam supra diximus ad hanc vocem. Ind. Miraei primus scribit: „Silva Sancte Marie sive Templum Domini, vulgo Weerdt“ in parvo clencho monasteriorum Frisiae a paternitate Steinfeldiae dependentium, quod ad verbum excerpterunt Lepaige in suo catalogo, dein van Heussen et Hugo. Weerd habuisse, sicut cetera monasteria circariae, suum epitheton marianum vel biblicum, est valde probabile. Sed censemus, unum tantum ex nominibus a Miraeo allatis, referri ad nostrum asceterium, et vix ambo simul. Asceterium quoddam „Templum Domini“ bis occurrit saeculo XIII in „Gestis abbatum“²²⁶), sed nullo modo constat, illud pertinuisse ad Ordinem nostrum, vel esse idem ac Weerd.

Saeculis XV et praesertim XVI, Weerd saepius in documentis occurrit, Videmus, hanc domum fuisse opulentam, terrae eius erant 1143 jugerum

²²⁴) „Joannes abbas, Henricus prior . . . Gisbertus prior, Botta priorissa, ceterique fratres, canonici et moniales monasteriorum in Dokkum videlicet et Waerd“ (Diploma anni 1494, Stadsarch. Groningen). Constat abbatem semper sigillavisse diplomata pro Weerd.

²²⁵) „Kelner in Waerd“ *Chartbk.* I 325. Ibidem I 458 anno 1423 primum verbum fit de asceterio ipso.

²²⁶) pp. 130 et 223. Vide infra apud Vrouwtenberghe

(pondematen), et proventus annui 2077 fl. Cellarius eius, qui interdum videtur fuisse idem qui prior, erat persona magno in honore habita, quippe quae saepe occurrit inter testes in diplomatibus, bona monasterii eius nomini sunt adscripta, et protestatur cum abbatibus Frisiae contra Concilium Tridentinum anno 1563. Anno 1569, Weerd est exspoliatum et combustum, anno vero 1580 suppressum. Pars monasterii saeculo XVIII adhuc existebat, nunc loco eius est praedium.

Archivalia: Vide Dokkum. Cf. etiam SIPMA, et *Chartbk.* — RA Leeuwarden, Klst., 5 doc. 1578/85. — Imago monasterii, anni 1723, in Museum Friesch Genootsch. Leeuwarden — Cop. GABBEMA II 88 (Wilke priorisssa 1441).

Fontes et Litteratura: HUGO II 1119 — WAEFELGHEM 322 — *Beneficialb.* 153, 154, 161, 163, 168 — MS BRUINSMA fasc. 11 pp. — *Chartbk.* I 325, 458, 548, 694, 1401, 1423, II 14, 280, 232, 286/93, 565, III 51, 509, 590 — FRIEDLAENDER 583 — GAN I 539 — HALLEMA (Kloosterlijst) 103 — *Mon. Bat.* II 132 — *Reg. v. Aanbreng* I 124, 137, 140, 144/47, 149/53, 156, 157, 159/65, 167, 173 — MS REITSMA IV 106, XX 11 — RICHTHOFEN II 627 — SCHOENGEN *Acten en Besch.* 201 — SCHOTANUS *Beschr.* 193 — IDEM, *Gesch.* 385 — SIPMA I 271, 336, 384, 440 — *Stamboek* Nr. 10, I 192, 315 — v. APELDOORN II 386, 387, 393, 465 — v. EIJCK II 229/31 — P. v. THABOR 52 — WINSEMIUS 310 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 130, 223 — AAU XXIX (1903) 138 — *De Urije Fries* XXVI 114, 146, XVI 488, XX 399.

Priores

Reyner 1448	(StA Aurich, Urk. Dokkum Nr. 1)
Gisbertus 1494	(vide supra, notam)
Inne 1543	(Beneficialb. 154)
Arnoldus Dokkum 1580	(RA Leeuwarden, Ged. St. 6 F 63, XXXI)

WITTEWIERUM B. M. V., SS. Viti et Stephani²²⁷⁾

Werum, Wierum, Wittenwerum, Wytthewerum, Witteworms, Floridus Hortus, — Ortus, Bloemhof

in pago Fivelgo, Prope Groningen versus aquilonem, Dioc. Münster, dein Groningen.

Abbatia insignis. Emo quidam vir coniugatus et rusticus, ab anno 1204 in vanum conabatur adjungere monasterium O. S. B. oratorio, quod erexerat in Romerswerp. Dein adiit cognatum suum Emonem, parochum in

²²⁷⁾ Stephanus secundum BÖRSTING SCHRÖER I 424

Husdinge, virum doctum et discretum, ut hoc monasterium desolatum restauraret. Alter iste Emo factus est canonicus Ordinis nostri in Varlar, cui canonicae hanc novellam plantationem tradidit anno 1209. Initio Floridus Hortus erat monasterium duplex sub paternitate abbatis Varlaren-sis, sed anno 1214, canonici castrametati sunt in Wittewierum, et triennio post paternitati archicoenobii Praemonstratensis se subdiderunt. Moniales manserunt in Romerswerp, quod exinde Rozenkamp, et postremo Nije-klooster est nuncupatum. Semper mansit unitum matri abbatiae. Aliud coenobium eius paternitati erat subiectum, videlicet Scona Mora. Floridus Hortus, initio praepositura, anno 1225 in abbatiam est evectus. Annis 1238/59 exstructa est ecclesia. Anno 1290, visitatores invenerunt ibi (una cum Campo Rosarum) mille religiosos diluvio superstites. Vi huius ingentis numeri abbatia, in qua illo saeculo egregie florebant disci-plina et studia, longe praecebat ceteras domus circariae, immo proba-biliter totius Ordinis. Habuit etiam celebre gymnasium ad annum usque 1285. Iam antea, Capitulum Generale, scholis infensum, illud transferre iusserat ad ecclesiam parochialem in Westeremden, „ne sacra tranquil-litas otii scholarium tumultibus turbaretur“. Erexit curias in Hora (Dykhorn?) 1213, Eems 1216, et Westeremden 1218. Possedit, et partim ad-ministravit ecclesias parochiales in Wittewierum (1212, ecclesia abbatia-lis simul erat parochialis), Westeremden 1220, Scharmer 1231²²⁸), et Uit-huizen 1276.

Dum de origine huius canonicae, et de historia eius saeculo XIII optime sumus instructi per celebre „Chronicon Emonis“, a successoribus eius continuatum, abhinc pauca tantum sunt nota. Anno 1350, 20 canonici et 12 novitii perierunt peste. Bona abbatiae in fine erant 1760 ha, absque Nijeklooster²²⁹). Abbas erat „summus edictor slusorum“²³⁰), quare magna pollebat auctoritate. Saeculo XV, per abbatem Joannem Gerardi spiritus Windeshemensium²³¹) ingressus est Floridum Hortum, qui propterea ali-quomodo focus reformationis est factus pro circaria, et pro Saxonia

²²⁸) Vide de ecclesia Westeremden infra sub dubiis, de Scharmer sub praeter-missis

²²⁹) FEITH, *Rijkdom* 12, 27

²³⁰) vulgo „overschepper van de drie delfzijlen“, id est praeses administrationis aggerorum et slusorum (eclusae, Schleusen), pro magna parte provinciae.

²³¹) Celebris congregatio Canoniorum Ord. Sti. Augustini, in Neerlandia orta. Saeculo XV erat vitalis et reformatissima, et magnum influxum habuit in Ordinem nostrum (v. in vol. I apud Circariam Saxoniae. Cf. etiam ACQUOY).

vicina. Saeculo XVI tamen canonica iterum erat collapsa. Anno 1515 combusta est. Anno 1561, cum superessent quatuor canonici tantum, suppressa est pro dotatione novi episcopatus Groningani, quod decretum anno demum 1568 executioni est mandatum²³²). Primus episcopus statim magnam partem monasterii solo aequavit, et ex lapidibus residentiam sibi exstruxit Groningae, necnon perpulchra stalla chori abstulit in suam ecclesiam cathedralem, ubi postea ab iconoclastis sunt deleta. Ultimus abbas annis 1568—74 commoratus est in Dokkum, dein reversus est in Groningam, ubi canonicus ecclesiae cathedralis factus, administravit bona monasterii sui „ad pios usus“, et functus est iterum munere suo edictoris slusorum. Tulit secum Chronicon Emonis, ita salvans ipsum. Anno 1594, bona sunt saecularizata; anno 1603 adhuc unus canonicus erat in vivis. Ecclesia facta est parochialis protestantium, sed postmodum destructa est. Praelatura adhuc stabat anno 1844 tamquam domus pastoralis. Modo campana in Slochteren (1373), ex Florido Horto proveniens, est unicum illius residuum.

Archivalia: RA Groningen 2 dipl. (acqu. 1941, et 50) an. 1486²³³), et 1517 — Ibidem, Huisarchief Farmsum, cf. RUTGERS — Arch. der Omme-landen (Index MS) I 217, 284, R 67, 115, 214, 245 — MS Stadrecht van Groningen (Reg. FEITH, hs. fol. 136), ex possessione ultimi abbatis, ubi permultae copiae diplomatum sunt addita, et in quo videtur contineri totum archivum abbatis qua edictore slusorum. (Cf. FEITH, CIAZD) — RR Kl. Gron. 65/68 — ALTING Diarium 489, 578 — Cf. FEITH *Reg. Gron.*

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 91, 106, 313 — HUGO I 665/75, prob. 559/69 — IDEM, SAM *Ep. Gerv.* 134, 135 — WAEFELGHEM 322 — BENINGA 581, 735 — BOELES passim — BÜRSTING SCHRÖER I 424/25 — BROM *Arch. Italie* 189, 1374 — Idem, *Bull. Traj.* I 106 — *Chartbk.* I 195, II 281 — *Chron. Emonis* v. varias editiones — COTTINEAU 3445 — FEITH, *Abel Eppens* I 23, 127, 199, 202, 205, 210, 260, II 81, 122, 124, 669, 746 — FEITH, CIAZD cf. ind. — FEITH, *Gron. Beklemer.* cf. ind. — FEITH, *Reg. Gron.* I 5, 72, 91, 92, 169, 318, 382, II 28, 110, 190, 271, 294, III 19, 47, 67, 150, 289, Suppl. I 70, 420, MS cf. ind. — FEITH, *Rengers* I 328, 216, 335, 336, 343, II 176, 215 — FEITH, *Warfsconst.* 54?, 181 — *Form. Pr.* Nr. 230, 261 — GAN II 53, 55 — GOOVAERTS I 239, 582 — HEERINGA II 292 — HEIJMAN, *Uerspreiding* 207 — MIRAEUS ODH IV 131, 147, 471, 530, 680 — MOLL, II 2: 35, 42, 62; 239, 308, 327; II 3: 135, II 4: 243 — *Mon. Bat.* II 66, 100, 148, 205, 209 — *Ned. Klo. Zeg.* 29/35 — *OBGronDr* cf. ind., Spuria 2 — POTTHAST 7218, 7338 — PRESSUTTI 4928/29, 5247, 5431 — *Reg. v. Aaanbr.* I 125 — REIMERS FPU p. 7, 9, 76, 79,

²³²) v. LOMMEL *Ratio* 188/89

²³³) Mandatum Abbatis Generalis ad abbatem Floridi Horti, ut visitaret Circariam Frisiae anno 1486 (nondum publicatum).

88 — MS REITSMA II 30, XV, XVII 8, 13, 25, XIX — ROELFSEMA 8/10, 20/22, 30, 35 — ROMEIN 62/66, 73/74 — RUTGERS *Ewsom* Nr. 4 — IDEM, *Farmsum* 454, 455, 460, 516, 544, 548, 554, 559, 564/67, 570, 581, 582, 591, 596, 607/10, 620/23, 628/29, 638, 642, 678, 689 — De SITTER 8, 68, 76, 79, 137, 182, 255, 305 — MS Ten BROEK — v. d. AA XII 53 — v. APELDOORN II 397, 382, 383, — RICHTHOFEN II 826, 826, 854, 855, 913, 915 — AAU XI: 381, XV: 112/16, 269/70, XLVII: 214, 239, 242, XLVIII: 61, 67, 69, 179/80, 192, LIV: 156 LIX (1933) 298/307 — BLOK, *Uerslag aangaande een onderzoek in Duitschland naar archivalia belangrijk voor de geschiedenis van Nederland*, s'Gravenhage 1888, p. 58, 197 (Dipl. 22. XI. 1567) — C. J. BOTTEMANNE *De Abdij Bloemhof te W. in de 13e eeuw*, in: „*De Katholiek*“, 1883 p. 201 — GELHORN, *Die Chronik Emos und Menkos von Floridus Hortus*, Diss., Danzig o. J. — A. PATHUIS, *Beredeneerde Lijst van Torenklokken in de Provincie Groningen*, Gron. 1945, p. 83 — J. REITSMA, *De laatste dagen van de heerschappij der R. K. Kerk*, in: „*Gedenkboek van de Reductie van Groningen*“, Gron. 1894, p. 145, 151, 155 — J. G. RIJKENS, in: *Almanak van Goeden Smaak*, Gron. 1832 — G. v. d. ELSEN, *De Abdij Bloemhof te W. — De Kroniekschrijver Emo als zedenmeester*, in: „*De Katholiek*“ 1889 — K. VOS, *Het Kloosterleven in Wittewierum in de 13e eeuw*, in *Maandbl. Groningen* VI (1923) pp. 162/98 — A. WYBRANDS, *De Abdij Bloemhof te W. in de 13e eeuw*, Amsterdam 1883 —.

Series abbatum

1. Emo de Huizinge	1209-38	(1—5 sec. Chron. Emonis)
	1211 provisor, 1217 praepositus	
	1225 abbas	
2. Paulus	1239-42	
3. Menko	1242-76	
4. Oudgerus (Otto)	1276-85	
5. Folker	1285/95	
Onecho		Necr. Parcense 26. VIII
Hayco	1317	OBGronDr 254
Ludolf van Florecampe	1344	Leenkamer InvNr. 30, E. L. 32, Fol. 81 v.
Oxyluphus	1348	MS Ten BROEK
Thomas	1373/74	PATHUIS, OBGronDr 625
S....	1396	MS REITSMA II 29
Aylko	1406	RICHTHOFEN, Rechtsqu. 310
Aywardus	1422, † 1430	REIMERS 88, MSStadrechten 631
	vel ante	

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Joannes Gerardi O.S.A.	1430—	MS REITSMA I. c.
Dodo	1436	MS Ten BROEK
Petrus	1438/44	RUTGERS Farmsum 559, FEITH CIAZD 58, MS REITSMA XVII 8
Meyner	1445	MS Ten BROEK
Thymannus (Tije)	1447-69	CIAZD 64, 55, FRIEDLAENDER 577, 733
Folkerd	post 1469	MS REITSMA II 29
Joannes a Kempis	1479/92	Ommel. Arch. R 115, CIAZD 167
(Ignotus)	electus 1501	(Urk. Langen Nr. 89., StA Aurich)
Gheno	1512	RUTGERS Farmsum S. 609
Jacobus de Clivis	1520-26	REITSMA I. c.
antea praep. in Aland et abbas in Merna		
Geert Zwollis	1527/50	ibid., Farmsum 620, CIAZD 72, 75, 217
Cornelis Hermanni	1558/91	CIAZD 77/82, Arch. Ommel. R 245

DUBIA

GRIEND

In hac insula, Frisiae littori adiacenti, et cuius maior pars iam dudum diluviis periit, abbatia Horti B. M. V. habuit curiam et scholam; quod existentiam parvae communitatis canonicorum, ergo domus vere formatae supponit. Extitit ab initio saeculi XIII usque ad annum 1240.

WYBRANDS *Gesta Abb.* 172, 182 — WUMKES 12 — G. A. BROUWER et alii, *Griend* (s' Gravenhage 1950) pp. 42/46.

MARKEN B. M. V.

Insula prope Amsterdam, vico Monnikendam opposita, etiam Markerland, Merkahowe, Merkeraland nuncupata. Sibrandus abbas Horti B. M. V. (1230/38) mediam partem insulae dono recepit, alteramque emit. Erexit ibi curiam (Markerhoofd, Marienhof), „in hoc pietatis studio fervens, imposito, qui ibi agros colerent, pascua pecoribus plene curarent, conversorum sodalities aediculam sacram, Mariae Curiam dictam, erexit, ex fratribus canonicis, qui a sacris esset, praefecit²³⁴). Anno 1345, Wilhelmus IV Comes Hollandiae in odium Frisonum hanc proprietatem invasit, et religiosos expulit²³⁵), uxor autem eius anno post bona venundedit. Wilhelmus abbas circa annum 1472 in vanum conatus est ea recuperare. Ecclesia in Marken anno 1843 solo est aequata.

Litteratura vide Mariengaarde. Vitetur confusio cum Bakkeveen, quod etiam Curiae Stae. Mariae erat vocatum. — Specialia: H. v. R. IV 229 — GAN I 335 — *Chartbk.* I 202, 203 — *Mon. Bat.* II 126 — v. d. AA VII 689 — W. v. THABOR III 169, 179, 189 — WUMKES XXV, XXXV, 9, 23, 24, 91 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 154, 200 — BBH 1904: pp. 125/37, 1906: pp. 339 sq 1907: pp. 70/82 — R. C. v. BAKHUIZEN v. d. BRINK, *Markerhoofd*, in: „*De Urije Fries*“ pp. 101/43 — v. SLEE in NAKG, N. S. XX (1927) p. 27.

TER APEL

Lux Mundi, Domus Lucis, Apel in Westerwolde
in meridie provinciae Groninganae, non longe a limitibus Germaniae. Dioec. Osnabrück.

²³⁴) WUMKES 9. Tamen v. BAKHUIZEN in excellenti suo articulo p. 104 ipse dubitat, utrum ibi fuerit vere monasterium, annon.

²³⁵) Sibrandus Leo in enarratione crudelitatum religiosorum hac occasione illatarum, videtur exaggerare (WUMKES 22).

De fundatione, et de historia huius domus ante saeculum XV nihil authentice constat. Medio saeculo XV erat proprietas, et quidem curia asceterii Schildwoldensis, „quae illi a generationibus nullum emolumentum praestiterat“. Anno 1458 Schildwolde venundat hanc curiam sacerdoti cuidam, ad erigendam ibi canoniam Ordinis Crucigerorum. In instrumento venditionis verbum fit de „haereditate nostra devastata“, et de „capella cum dormitorio adnexo, nunc combusto“. Canonici Stae. Crucis deinceps hoc monasterium nuncupant: „Domus Novae Lucis“.

Quae omnia innuunt existentiam monasterii cuiusdam anterioris, potius quam curiae. Apud diversos auctores, hac de re viget confusio maxima. Hucusque enim, a Sibrando Leone usque ad nostra tempora, Ter Apel erronee est identificata cum „Monte Stae. Mariae in Happelsa“ in indicibus Ordinis occurrenti. Confer quod hac de re diximus supra apud Hopels. Hugo, et post eum alii quam plures, confundit „Domum Lucis“ cum Appelscha (I 173) et cum Scharmer (II 819), dicens, eam fuisse fundatam anno 1243 ab abbacia Lidlumensi²³⁶). V. d. Elsen dicit²³⁷) Domum Lucis esse fundatam in loco ignoto, anno 1287 vero translata in Ter Apel, et anno 1399 vendita Crucigeris. Quae omnia probatione carent.

Fieri potest, Ter Apel saeculo XIII fuisse monasterium Ordinis nostri, et hoc forte in aliqua connexionione cum Scharmer, ecclesia parochiali, anno 1231 a Florido Horto acquisita²³⁸). Sed nihil scimus certi, et ne ad coniecturas quidem faciendas, materia et fontes videntur sufficere.

Crucigeri possederunt „Domum Novae Lucis“ ad annum usque 1604 quo est suppressa. Ecclesia, et aedificia fere integra, ab illis erecta, subsistunt.

Archivalia: FEITH Reg. Gron. 1458 no. 20. Reliqua tangunt Crucigeros tantum.

Litteratura: BORSTING SCHRÖER I 438 — *Mon. Bat.* II 21, III 115 — v. EIJCK I 140 — FEITH, *Het Klooster Ter Apel*, in: *Groningsche Volksalm.* 1842 — HERMANS, *Ord. Stae. Crucis Annales* I 127, II 474 —.

²³⁶) HUGO habet in praefatione I. vol.: Appelske filius Lidlumi fund. 1243. Vide supra notam apud Hopels.

²³⁷) Vita Freth. p. 111 — Ter Apel in aliquo connexu esse cum Balna Insula, de qua vide supra, vix est credibile. Quoad dioecesim, haec thesis concordat quidem. Sed nomina nimis discrepant, et Ter Apel nimis distans est a mare, ut unquam potuerit fuisse insula. Nisi forte „locus ignotus“, ubi secundum v. d. ELSSEN l. c. Ter Apel est fundatum, quaerendus esset in Balna Insula.

²³⁸) vide infra sub praetermissis

TRIMUNT

Trymont, De Tribus Montibus, Driebergen
in Fredewolde, juxta Marum, in prov. Groningana. Dioc. Münster.

Asceterium fundatum, ut asserit Hugo, anno 1231 a Rothuardo abbate Doccumensi, primae moniales venerunt e Kusemer²³⁹). Authentice constat tantum, hoc monasterium ineunte saeculo XIV fuisse O. S. B., et inter annos 1315 et 29, transiisse ad Ordinem Cisterciensem sub tutela abbatis de Aduard, cui ordini mansit fidelis usque ad interitum saeculo XVI.

Cum fundatio pro Ordine nostro a nullo fonte locali confirmetur (de origine asceterii ceteroquin nihil omnino constat), et in hac re nitamur uno Hugone, de hac circaria saepius errante, manet satis incerta. Tamen nequaquam ex toto est rejicienda haec opinio. Ut iam in praefatione diximus, Hugo habuit materiam ex archivis Steinfeldensibus, nunc amissis, circa filias huius abbatiae in Frisia sitas. Insuper probat experientia, moniales dyscolas et relaxatas plus semel patrem abbatem, immo et Ordinem mutavisse²⁴⁰), nec ullo modo est impossibile, aliquod asceterium hoc fecisse iteratis vicibus.

Si vere fuerit Ordinis nostri, probabiliter ante annum 1287 ad ordinem Sti. Benedicti transiit, secus namque in aliquo catalogo inveniretur. Atqui in omnibus desideratur, etiam in indiculo asceteriorum Frisiae circa annum 1235 existentium, in Cat. Ninivensi II.

Litteratura: HUGO II 983, (I 380) — GAN II 23 (secundum quosdam O. Praem.) — H. v. R. 237 (O. S. B.) 468 (O. Praem.) — *Mon. Bat.* II 127, III 80 — MATTHAEUS *Anal.* III 481 — *Tegenw.* St. 377 et v. d. AA XI 315 (O. Cist) — BRUGMANS *Kronijk van Aduard*, in: BMHG XXXII (1902) 55.

VROUWTENBERGHE | B. M. V. et Stus. Stephanus

Mons Stac. Mariae, Ws Lieffrouwe to Birch
SE Dokkum, Dioc. Utrecht, Frisia.

Videtur constare, hoc fuisse praecipuum sanctuarium Marianum. Forte ibi fuit ad tempus asceterium Ordinis nostri. Hunc montem alio nomine fuisse appellatum „Mons Sion“, nullum invenitur probamen. Omnes enim

²³⁹) Quae dicit HUGO de jure monialium, ex concessione principum cudendi triplicem monetam, probabiliter est fabula vel confusio. — Invocat Hugo insuper MATTHAEUM *Anal.* III 418, sed in MS originali, ex quo index Matthaei est desumptus (Ind. 1326, ed. GERBENZON) clare legitur: „Trymont, moniales Ord. Cisterciensis“.

²⁴⁰) Quod forte etiam accidit in Scona Mora, et postea in Koldinne.

citationes „Sion“, vel „Montis iSon“ videntur referri ad solum asceterium huius nominis prope Nijawier, de quo vide infra sub praetermissis. Distinctio quam faciunt auctores inter „Sion“ et „Montem Sion“, secundum fontes, omni caret fundamento. Nullibi enim invenitur identificatio „Montis Sion“ cum sanctuario illo Mariano, nec contrapositio „Sion in Valle“ — „Sion in Monte“. „Vallis Sion“ est contradictio; non secus enim ac Thabor et Sinai, vox „Sion“ necesse implicat ideam montis, nec potest ab ea separari. Innumera coenobia huius nominis, medio aevo ubique terrarum existentia, semper promiscue occurrunt in diplomatibus cum tamquam „Sion“, tum tamquam „Mons Sion“. Ergo putamus, „sorores in Monte“, (anno 1511 occurrentes²⁴¹), nil aliud esse nisi Cistercienses in Sion. Etiam Syon, de quo legimus in Gestis Abbatum circa annum 1240²⁴²), videtur referri ad illum parthenonem.

Omni ergo confusione cum „Monte Sion“ seclusa, de „Monte Sanctae Mariae“ parum manet dicendum. Licet supponere, Montem hunc occurrentem in Indice 1326 tamquam asceterium Ordinis nostri, designare hoc sanctuarium marianum²⁴³). Cum vero index iste in indicatione Ordinis saepius aperte erret, ex hoc solo fonte nondum videtur esse certum, asceterium revera pertinuisse ad Ordinem. Saeculis XV et XVI, saepius testamentis sanctuarium augetur donis²⁴⁴), sed de sacerdotibus, qui ibi functi sunt sacris, ne verbum quidem invenimus. Ex nullo argumento licet concludi, in hoc Monte fuisse curiam aut abbatiae Doccumensis aut asceterii Montis Sion. Hugo contendit monasterium „Wiroutenberghe“ fuisse praeposituram clericorum dependentem ab abbacia Doccumensi. Quod verum esse potest, sed authentice nihil constat. Vix ibi fuit vera domus formata. P. Bruna l. c. recenter exponit hypothesim sequentem, quae nobis videtur alliciens:

Probabiliter hic est locus martyrii Sti. Bonifacii. Plura sunt enim indicia, quae probant, hunc locum fuisse sanctuarium antiquissimum totius regionis²⁴⁵). Monasterium O. S. B. ibi paulo post erectum, videtur saeculo XII iam diu desiisse, vel forte per communitatem quandam clericorum fuisse substitutum; quod inter annos 1170 et 1200 a Tacone renovatum, et postea Ordini Praemonstratensi formaliter est aggregatum.

²⁴¹) *Reg. v. Aanbr.* I 184

²⁴²) p. 223

²⁴³) „Mons Ste. Marie, albe“ (scil. moniales. Sic explicite designantur in his catalogis moniales Ordinis nostri). In nullo alio indice hoc monasterium occurrit (HALLEMA 111).

²⁴⁴) SIPMA I 384, *Chartbk.* II 467

²⁴⁵) Collis (vulgo terp) ubi steterat, recenter a reiperitis inquisitus est diligenter, antequam solo est aequatus. Secundum illos, accumulatus fuerat saeculo VIII vel IX (*Uersl. Fr. Gen.* 1936, 46).

Licet supponere, hoc monasterium Taconis fuisse duplex. Visitatores Ordinis, hoc aegre ferentes, ut in Merna anno 1204, probabiliter et in hoc coenobio separationem sexuum impetraverunt. Canonici videntur fuisse translati in civitatem vicinam Doccum, secum ferentes reliquias Sti. Bonifacii et sociorum eius, relictis sororibus in Monte; pars autem conventus, de his innovationibus incontentus, videtur secessisse in Frisiam Orientalem²⁴⁶).

Asceterium erat in Monte adhuc anno 1326. Propter consuetudinem saecularem populi, in hunc locum peregrinandi, postea peregrinatio mariana est instituta. Anno 1322, conceditur indulgentia „Novae capellae in montibus Stae. Mariae ecclesiae Sti. Stephani prope Dockum“²⁴⁷). Moniales dein esse extinctas, vel ad alium ordinem transiisse, ut putat P. Bruna, videtur nobis minus probabile, censemus eas potius fuisse translatas, ne tumultu populi affluentis turbarentur. Locus autem, quo in decursu saeculi XIV videntur tetendisse, probabilius est Weerd, quod in indice 1326 desideratur, et cuius historia ante annum 1401 est plane ignota²⁴⁸). Weerd, sectio feminea abbatae Doccumensis, optime potuit esse continuatio asceterii Montis Stae. Mariae.

Anno 1580 Mons Marianus funditus est eversus.

Archivalia: nulla subsistunt. Parva delineatio in mappa Frisiae Jacobi v. Deventer ca. 1550 (Mus. Leeuwarden).

Fontes et Litteratura: HUGO II 1175 — WAEFELGHEM 327 — BRUNA 9 — *Chartbk.* II 18, 467 — COLMJON 227 — HALLEMA 111 —

²⁴⁶) Vide supra in praefatione et apud Barthe.

²⁴⁷) Quod COLMJON in suo regesto minus recte sic vertit: „de nieuwe kapel van den hl. Stephanus in de kerk van het klooster Sion of Onze Lieve Vrouw ten Berge“. Iam apparet, eum textui originali ex propria coniectura adiunxisse voces „klooster“ et „Sion“. Praeterea, textus videtur esse intelligendus in sensu contrario: „nova capella Stae. Mariae in ecclesia antiquitus dedicata Sto. Stephano“. Quod patrocinium Sti. Stephani confirmat etiam hypothese P. Bruna. Constructores enim sanctuarii, saeculo VIII, vix Bonifacium recenter trucidatum potuerunt eligere in patronum eius, sed apte Stum. Stephanum protomartyrem.

²⁴⁸) Quod vero non concordat cum factis, si revera haec domus idem est ac Templum Domini, anno 1240 iam existens, quod habemus tamen pro improbabile (vide supra apud Weerd).

HEERINGA I 77, II 974 — *Mon. Bat.* III 28 — OCKA SCHARL. 423 — *Oudh. Gest.* I 418 — *Reg. v. Aanbr.* I 183 — REITSMA II, V, XX 11 — SCHOTANUS *Beschr.* 250 — SIPMA 384 — *Tegenw. St.* II 271 — v. EIJCK I 144 n, II 16 — H. v. R. *Friestl.* V 105 — W. v. THABOR V 201 — J. BOTKE, *De Grietenij Dantumadiel* (1932) p. 189 — A. HALLEMA, *It Kleaster Sion*, in „*Swanneblommen*“ 1921 — T. E. TEUNISSEN, *Kleaster Us Ljeave Frouwe to Bergh* in: *Leeuwarder Courant* 16. 6. 1939 — IDEM, *Ald Dantumadeel. De Dokkumer Walden yn eardere en lettere tiid* (Kollum 1938) pp. 120/22 — *Bericht betreffende Bodenvondsten uit den terp Berg Sion bij Dokkum, Uersl. Fr. Gen.* 1936, p. 46 — AAU 1906 p. 193 — *Fries. Volksalm.* 1853, 1861.

Apud omnes auctores supra dictos habetur confusio cum Sion.

WESTEREMDEN

prope Groningen versus aquilonem. Ibi abbatia Floridi Horti saeculo XIII habuit parochiam, scholam et curiam. Quae cumulatio supponit praesentiam plurium sacerdotum, qui cum turma conversorum, et cum alumnis tunc saltem partim regulariter viventibus, probabilius constituerunt domum vere formatam.

Vide supra apud Wittewierum.

PRAETERMISSA

Nota. HUGO in praefatione voluminis sui primi enumerat 54 monasteria Circariae Frisiae, quorum magna pars revera spectat ad Circariam Brabantiae. Ibi quaeras ergo, quod hic non invenis. Duplicationes eius hic praetermittimus: Indemaren-Marne, Werethe-Barthe, Langermonka-St. Jacobus in Langen, Sta. Catharina in Astro-Heiligerlee.

ANJUM

Monasterium canonissarum O. S. A. in Frisia, quas MATTHAEUS *Anal.* III 551 falso nuncupat Praemonstratenses. — Cf. *Mon. Bat.* II 21.

APPELSCHA

Appels, sive Appelsga. Pagus in Frisia. Similitudo nominis induxit quosdam auctores neerlandicos, ad ibi quaerendum asceterium „Stae. Mariae in Happelsa“. Quod esse falsum, probavimus supra apud Hopels et Ter

Apel. In Appelscha, vel in Elsloo vicino, numquam fuit monasterium ullum.

APPINGEDAM

Monasterium ignoti ordinis in prov. Groningana, prima vice memoratum anno 1342, sed, ut fertur, iam antea fundatum ab Emone abbate de Bloemkamp. Ab anno 1394, secutum est regulam Eremitarum Ord. Sti. Augustini. BORSTING SCHROER I 425 autumat, antea ibi fuisse Praemonstratenses. Probabiliter identificat Emonem supradictum cum celebri abbate Floridi Horti, quod vix probari potest.

CLAERWATER

in Hattem, Gld. — Praepositura, O. Praem, secundum De la TORRE, AAU XI 199. Recte O. S. B., cf. *Mon. Bat.* III 60.

MARIENHAFE

in Frisia Orientali. HARKENROHT *Oorspr.* p. 578 dicit „hanc ecclesiam, cum monasterio, pro Canonicis O. Praem. fuisse constructam tempore Caroli Magni, a familia Tserclaes, in honorem Sti. Norberti“. Originem habet hoc absurde dictum in dedicatione panegyrica, ad comitem Tilly-Tserclaes directa, operis DE LA SENE, *Le Tombeau des Délices du Monde*, Bruxellis 1632.

SCHARMER

Skhiramer, Skiramere. Ecclesia parochialis in prov. Groningana, data anno 1231 abbatiae Floridi Horti, quae videtur eam iterum amisisse saeculo XIV vel XV. Anno 1487 enim, cum vertitur in canoniam Crucigerorum, est in manibus cleri saecularis. HUGO, et post eum varii auctores recentiores, contendit hoc fuisse monasterium Ordinis nostri, quod venditum est Crucigeris anno 1413. Est possibile, in Scharmer inter annos 1231 et 1487, ad breve tempus fuisse domum Ordinis nostri, sed haec omnia carent probatione. Certe non est idem ac Scona Mora, et annus transitus ad Crucigeros (1413, secundum alios, 1399) certe est erroneus. Confer quod supra diximus apud Ter Apel.

HUGO II 819 — GAN II 52 — *Mon. Bat.* II 168

SERNA

Secundum HUGO II 803: „abbatia Circ. Frisiae in Dioc. Monasteriensi, in Frisia Orientali“. Quae additamenta habet ex phantasia Lairuelii, ex catalogis clare patet „Serna“ esse corruptelam pro „Berna“, de qua vide apud Circ. Brabantiae.

SION

vel Mons Sion, Vallis Stae. Mariae? Asceterium O. Cist in parochia Nijewier in Frisia, non longe a Dokkum. Constanter confunditur cum Monte Stae. Mariae prope Dokkum, ubi forte erat asceterium Ordinis nostri. HUGO hanc domum Sion, quae et occurrit in Gestis abbatum, falso adscribit Ordini nostro. Confer quod diximus supra apud Vrouwtenberghe. — HUGO II 1031 (Vallis Stae. Mariae, confundit cum Bakkeveen) WAEFELGHEM 308 confusa profert — *Mon. Bat* III 85 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 223.

SMALSIFT

Anno 1498 conceduntur indulgentiae stationum „praeposito, priorissae et monialibus“ monasteriorum Buwenklooster, Veenklooster et Smalsift, Ord. Praemonstratensis, in Frisia, Dioec. Traject. REIMERS FPU pp. 60/61 publicat tres bullas, pro unoquoque monasterio distinctas. Quid sit Smalsift, nescimus. Certe est corruptela pro alia domo, sed manent tantum Bajum, Bethlehem et Weerd, qui tamen non habuerunt praepositos. Insuper nomina eorum nimis discrepant. Forte designatio dioeceseos vel Ordinis est erronea (Smallenee OSB?).

WESTERWIRD

Secundum *Mon. Bat.* II 206 hoc erat asceterium et prioratus dependens a Lidlum, in mari submersum anno 1237. Secundum BRUNA 10, qui invocat MS BRANDSMA, haec domus extitit inter annos 1326 et 1508. In fontibus Ordinis, et contemporaneis ne verbum quidem occurrit de monasterio huiusmodi. Prima vice memoratur apud Ocka Scharl.²⁴⁹⁾, qui enarrat, anno 1287 in diluvio, in Westwerd inter Jorwert et Beers, periisse 30 „beginas“. Quia juxta hunc locum sitae sunt duae curiae abbatiae Lidlumensis²⁵⁰⁾, probabiliter auctores recentiores concluderunt, has „beginas“ fuisse sorores Ordinis nostri. Litteratura allata apud *Mon. Bat.* nihil probat. Deficiente ergo omni probatione, hoc „asceterium“ jure merito praetermittimus.

²⁴⁹⁾ ad an. 1287, fol. 33 v. Citant post eum EMMIUS XII 179, WINSEMIUS 175, et OUTHOF *Watervloeden* 207. OCKA SCHARL. est chronista exigui valoris, nec MS BRANDSMA, in quo nititur BRUNA pro hac re, quoad omnia est criticum et fidele.

²⁵⁰⁾ Inter Beers et Jellum in pago Wonseradeel, in prov. Frisiae. Vide mappam curiarum Lidlumensium apud v. d. WIELEN

